



IUSTITIÆ
VENERANDUM ORACULUM,

Seu

ORATIO
PANEGYRICA.

Quam

ITERATIS VOTIS OMNIUM

IN BASILICA

B. VIRGINIS
THEINENSI,

Coram

SENATU POPULOQUE ACADEMICO

Deprompsit

IMBECILLIS VOCIS ORATOR

JOANNES JULIUS HERMAN, Patritius Pragensis,
Juris Utriusque Auditor.

Anno M. DC. XCIII. Die Majj.

In Magno Collegio Carolino Imprimebat Georgius Labaun.



INSTITUT

VENERANDUM ORACULUM

1854

ORATIO

PANEGYRICA

Quam

ITERATIS VOTIS OMNIUM

IN BASILICA

B. VIRGINIS



THEINENSIS

1854

SENATUS POPULUS ACADEMICUS

Discipulus

INSCRIBITIS VOCIS ORATOR

JOHANNES JULIUS HERTZ

Disputavit

ANNO MDCXIV

Basiliensis

PRÆNOBILIBUS, GENEROSIS;
SPECTABILIBUS, CLARISSIMIS

ATQUE

CONSULTISSIMIS

S. C. R. MAJESTATIS

Respective

CONSILIARIIS,

J. U. DOCTORIBUS,

ET

D^{nis} PROFESSORIBUS,

TOTIQUE FACULTATI JURIDICÆ,

Patronis ac Fautoribus meis Colendissimis.



Icuique suum, cui? nisi vo-
bis vestrum IVONEM
Patroni Gratosi. Oracu-
lum proposui, sed quod
jam positum est, quadra-
tâ Basi: DIDICIT. Docu-
IT. DIXIT. FECIT; DI-

DICIT : Os iusti meditabitur sapientiam ; DO-
CUIT ET LINGVA EJUS LOQUETUR JUDICIUM
dixit : LEX DEI EJUS IN CORDE IPSIUS ; quip-
pe ex abundantia cordis os loquitur. Fecit :
ET NON SUPPLANTABUNTUR GRESSUS EJUS ; quod
fecit, perfecit ; quadraturam circuli beatæ pe-
rennitatis, opus æternæ memoriæ. Superest
quâ Ideâ hoc Venerandum Oraculum audiatis ?
non nisi solis & Lunæ perfectæ figurâ, quod
sedem figat in O & C. Ore & corde vestro, &
itâ sub purpurâ Vestra IN CONCUSSUM STABIT,
contra quoscunque impetus, eorum singula-
riter, qui & soli inspergere maculas & lunam
allatrare solent. Vivite Sacratî IVONIS Pedi-
sequi, & gratiosè favete.

CLARISSIMARUM DOMINATIONUM
VESTRARUM.

Clienti

J. J. HERMAN.

ORATIO.



Infallibile Veritatis Ornamentum In Vicini Ore; Ita Veritatis Oraculum Sacer codex: *Laudet te alienus*; Ist hic volvitur objectio, esto optimè dixerit, num tamen bene dixerit: *Cicero pro domo sua*? hoc æquissimo judicio vestro discutiendum submitto: Magnifice Domine Rector, Spectabiles Decani, Eximij, Clarissimi, Excellentissimi, Doctissimi Professores, Cæterique Auditores suis Titulis mihi ornatissimi.

In Veritatis Objecto, Interesse Volvitur Oratoris; Cicero non sum, nec ultra vires meas somnio; Justè Vaniloquis Ostentatoribus Illud Veritatis Oraculum, per Tharsensem prædicatorem ingerit: *non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem*; igitur quis dicierit, ambiet Corniger Propheta? de cujus cornu copia sapientiæ fluat: *ut rox eloquium*. Tamen pace vestrà Patres Conscripti utar Patrum votis: *rorate Celi desuper & nubes pluant fuscum*, Irroréntque Vocem Oratoris. Interessatus sum pro Iustitiæ Venerando Oraculo, Interesse Volo Oratorium, gloriam & honorem; gloriam ejus qui, & honorem ejus quem: *Gloria & honore Coronavit Dominus, sacratissimi sacerdotis Ivonis*. Sacerdotem dico: Ideo Veritate Ominante, Iustitiæ Venerandum Oraculum patientiâ vestrà probaturus; Taxate liberè Novitiûm Oratorem; ad ea, quæ sua sunt, alienorum censura me non angit, quia non tangit; Iteratò Vestrûm Omnium Imploratâ Veniâ, Ordior.

In concussâ Veritas Odium parit; veritas bonum ferculum, nisi depravatô recondatur stomachô, In Veritate Oraculum; Ivo, Variô Ordine faciendo docuit, docendo fecit. Infans Vix Ortus jam doctus docuit, Satiùs semel quàm semper, satiùs semel timere Iehovam, quàm semper Jehennam. Ecce Infans habuit metum: *qui poterat cadere in virum constantem.* Infantia Vltiori Occursu, ad bonum Festinavit lentè: *cùm mora sua nociva cuilibet.* Innocentem Verè Oviculum barathri Tyrannus quæsit Tondere, quàm deglubere nequivit: *cùm tamen iniqua conditio alteri non inferenda;* cogitavit IVO: Oderint, dum metuant hostes inferi, & quia *intellectu carentia pro nullis sunt:* mox Iustitiæ Vestigijs Obvijs rationabilia sequar. Aheloro Patre, Azone Matre, utrisque nobilibus, doctus quod: Generis Virtus Nobilitas *& in dubio pro libertate,* liber esse sub gratia elegit. Itaque Votis Obsequens liberas artes aggressus, quia: *artem quævis terra alit; & homines omnes naturâ aequales* ars conditione distingvit; Ingressus Voluntariè Oñium studiorum, ad Thogata militiæ Tyrocinium, verè comperit, quòd: miles legendus non emendus, & diligentia generi derogari per speciem negligentia, hinc sedulus unus promultis & tempus *semel meum amplius meum fieri nequit.* Interno Virtutum Odore, se domans didicit, docuitque quod bonus odor hostis, melior civis occisi, Sathanam domando, se mortificando, *Cui plus licuit, & minus licuit.* Ita Uenerandum Oraculum didicit & docuit, Luterijs (ut Lucri bonus odor: ex re qualibet ei veniret) cum profectu relictis ex luto ad pul-

Symb. Julij Cæsaris

C. 4. ☿ de his qua vi, met; cau. O Rav. August. L. 173. ff. De regul. 7 Nero. L. 74. ff. eod.

Sym: Calligule. L. 73. ff. eodem

Symb: Tyberij. L. 20. 179. ff. eod.

Symb: Domitij. L. 32. ff. eod.

Symbol: Sergij. L. 80. ff. eod.

Marcij filij. cap. 6. ☿ de fide Instr. Sy. Auli Vitellij.

L. 21. ff. de R. I. Symb. Vespasiani

pulveres Scholasticos Aureliam profectus, ad auream scientiarum arenam, cujus: *abundantia nec scripturas vitiat; nec aureum Ivonis genium, viciavit.*

Si bonus Princeps orbis amor? quis oderit aut odif-
se poterit Ivonem, quem Apostolicis Principibus compa-
rat, Surius dicendo: eum à cunis ad sepulchrum tetendisse
Apostolicâ normâ: *sobriè, justè, piè.* Ecce! Apostolicorum
bonorum possessor hæredis loco! hæreat: In Vero Oraculo.
pietatis hæreditas, aliàs fallax bonum regnum, *sed quia*
suum recipiens dolo non facit: igitur Ivonis mens bona, re-
gnum possidet: regnum DEI, quod intra vos est, hujus
verò *possessor in pari lucro præfertur.* Prælatum iam Vide-
amus Oraculum! Vix IVO iudex Ecclesiasticus Redonæ
constitutus, factus Clero in Metamorphosim qualis Rex
talis grex, quæ doctus fuerat, *pignori dedit, qui fructus rei*
est; hinc IVO: non mihi, sed Populo. Justitiæ Ve-
nerandum Oraculum *incommoda sequi comoda sciens:* sum-
mum duxit Commodum esse: melius unum Civem ser-
vare quam mille hostes occidere. Iudex semper *stetit*
pro eo, quod benignius est; & quia: Regni clementia Custos,
hanc tenuit: *quæ rei aptior.* Iudicis Venerando Officio:
nil obiter decidit, sed cùm *judicata res pro veritate habe-*
atur; igitur ivit IVO: pedetentim paulatim, quia *qui*
(sic) *jus sequitur nunquam fallitur.* IVO, Iudex Verè Op-
timus deligitur Episcopi Vicarius; Eja sacer miles! mili-
temus! *velle potest, qui nolle potest.* Strenuitas sacri mili-
tis, nec habet in pretio pretium; Regnum Cælorum,
vim patitur: *vim tamen non facit qui jure utitur suo.* In-

Leg. 94. ff. eod.

Sym: Titij.

L. 117. ff. eod.

Sy: Domytiani

L. 129. ff. eod.

Symbol: Nervæ

L. 126. ff. eod.

Sy: Illij Trajani

L. 72. ff. eod.

Symb. Adriani

L. 10. ff. eodem

Sy. Antonij pji

L. 19. 2. ff. eod.

Marci Antonini

L. 67. ff. eod.

Lucij Aureliani.

L. 20. ff. eod.

Aurelij commo:

L. 116. ff. eod.


Helvij Pertinac:

L. 34. ff. eod.

Didij Juliani

L. 155. §. 1. ff. eod.

Vica-



Sy: *Pescenijnigri*
L. 121. ff. eod.

Claudij Albini
L. 124. ff. eod.

Septimij Severi.
L. 149. eod. ff.

Bassi Caracalla.
L. 3. eod. ff.

Septimij Geta
L. 47. ff. eod.

Opilij Macrini
L. 80. ff. eod.

Sy: *Marcij Opilij*
L. 125. ff. eod.


Sy: *Haliogabari*
L. 120. eod. ff.

Alexan: Severi
L. 203. eod. ff.

Maximin: Tracis
L. 119. eod. ff.

Julij Maximi
L. 116. eod. ff.

Vicariatûs Officio IVO: placere vivus laudari mortuus voluit, sciens; *quod facienda non faciens faciat adversus Officiû;* Heu! quàm multus sagatâ & togatâ, profanâ & sacrà militiâ, qui dicere queat, arma amens capio; sed amens, ut *furiosus absentis loco*; noster Ivo arma amans cæpit; Ideò Vt Optimus miles Christi, Christianâ Theserâ: Laboramus! *Ut lucrum caperet, factum prestare debuit*, præstititque. Ivo Vicariatûs Onere Trecorensis Ecclesiæ militantis supremum locum tenentem agens, cui: omnis in ferro salus stetit; etiam; *nolle potuit qui velle potuit*. Sciens, quòd: nulla fides focijs, Socium honorem deseruit; videns: qui *socij mei socius, socius meus non est*; igitur: ne honores mutarent mores, mutavit honores. Ivo Vicarij Onere dejectò, quò quid ferendum ac sperandum vidit, & in vicarij Generalis dignitate utpote: in *Generalibus inesse specialia* sentiens, ex numero Prælatorum descendens in numerum Advocatorum; ut: nemo lædatur; *ad favorem reorum* egit Patronum miserorum. Ivo Voluit Omnibus, & quia: suus sibi quisque hæres optimus; infra quæsit; cuique suum, quo jure: *heres ejusdem juris cujus defunctus*. Idem Ivo, Judex prius, postea Advocatus: Ecce! novum Ist hic Veritatis Oraculum, quod tibi hoc alteri ideò hac honoris jacturâ, *culpa suâ damnum sentiens*. *Damnum non sensit* IVO; quò major eo Laboriosior: nec minor minus labore desijt, nec: honoris *ommittens possessionem alienavit* laborem. Ivonis Videte Ordinem: pro justitia Advocatus, in Castitate Angelus: sic Ultorem ulciscitur ultor, & illata sibi: *vis consen-*



consensui contraria. Si omnis vita supplicium? Ivoni Vita Omnino hostis supplicium; qui: iniquitatis *heres de dolo suo in solidum* ab hoc Justitiæ Patrono convictus. Perge togate Belliger! Ivo Venerande Oppugnare perge, pro Patria mori pulchrum est, pro cælesti Patriâ, cujus: *hereditate missa testamentum perit* Christi. Perge Justitiæ Vexilifer Oppugnare hostem, Ecce ille infernalis nebulosus qui timetur timet, eum timere: *timor vanus, qui non excusat* Christi milites, & hic revera: bonis nocet, qui malis parcit cacodæmonibus, & hos se in festare: *mandat pro se qui non prohibet.* Prohibuit Ivo malos instinctus, quos ingessit ille: Princeps miser quem latet veritas Pater mendaciorum, cujus: *totum continet partem* nequitiae, partem veritatis. Si: malitia Regno Idonea? profecto infernali erit maximè idonea, cujus subdolum: *interesse facti non juris est;* Malitia infernalis: multa nec apta semper in nos armat, ideo: Innocua Verò Ordine turbat Elementa, & per ea exercita *dolus ei pro possessione est.* Ivoni Verendam Objecit aquam, quam cruce sedavit, monstrando, quod Christiani: apex Magistratus Authoritas Crucifixi, & sic *beneficium ratione actionis competens actionem sequitur.* Sta invictè Ivo contra malos malorumque insultus, sta! nam fugitivo nulla Corona; & *servitus* (potissimum Satanae) mortalitati comparatur. Il Ivo per ignem & aquam, duplicatò prodigio Ignem, Vinces Oratione. Nemo amicus idem & adulator. Ideo Ivo rigorosissimè in sibi amicum corpus, & adulatricem carnem savijs bene est! quia corpus servus est, & *Servus jure Civili pro nullo est.* An: finè vano publica fama?

Sy: M. Gordiani
L. 44. eod. ff.

Sy: Gordiani 2.
L. 1 8. eod. ff.

Claudij Pupicini.
L. 184. ff. eod.
Celsij Balbini.
L. 60. eod. ff.

Sym: Cordia: 3.
L. 113. eod. ff.

Sy: Julij Ambrosii
L. 24. ff. eod.

Sy: Marci Julij
L. 131. ff. eod.

Trujani Decimi
L. 68. eod. ff.

Sy. Q. Harentij
L. 209. eod. ff.

Sy: Vibij Galli.

L. 32. eod. ff.
Sy: C. Volusiani

L. 114. eod. ff.

Sym: Julij Emilian.

L. 69. ff. eod.

Licinij Valerij
L. 202. ff. eod.

Licinij Galienij
L. 36. ff. eod.

Symbo: Licinij
Valerij Junioris

L. 118. eod. ff.

Sym: Marci Aurelij Claudij.

L. 126. eod. ff.

Symb: Aurelij
Quintilij.

L. 157. eod. ff.

Symb: Domitij
Valeriani.

L. 116. eod. ff.


Marci Claudij
Taciti.

L. 167. ff. eod.

fama? Ivonis Virtutum Odor Matri revelatus (*in obscuro verisimilius* :) quem fama postea patefecit : & vulgavit. Non gens (nobilis) sed mens virtuosa , tantam Ivoneis Virtutibus Odoriferam fragrantiam excitavit : *nam beneficium invito non datur , nec datum nisi Ivoni Volenti Optimè facere.* Admirandus Ivo ! Ipse Verissimè Omnia benefecit : discordes pacificavit , interponens non acerba sed blanda verba quæ *definitio in jure periculosa* quia Patronis minùs lucrosa . Ivo , Verissimè Omnia benefecit , triennem liberavit energumenum , in quo satanæ potestatem quæ propè ad summum , Erat , propè ad exitum pepulit ; Et quia , *culpa est immiscere se rei alienæ* : malæ fidei possessorem justè expulit. Magnum Satellitium amor ; amore Christi pauperes pavit , inopes ditavit.

Ivo verè Ostendens inopem Christi *servum non usucapere* , sed Christum Dominum . Istud Venerandum Oraculum Exemplo Christi (quia Rex viva Lex) etiam , mortuum suscitavit ; *solvens* (mortis) *pretium* alium morte erripiendo , *non fuit prado* . Ivoni Verò Occurrens : honesta mors honesta turpitudine non fuit , quippe qui In Vita Omni turpe non admisit ; esto ut Justus cecidisset septies ! *leviora delicta servis Domino obtemperantibus ignoscuntur* ; potissimùm à Supremo Domino , qui , quo major : eo placabilior , singulariter in venialibus , ubi sæpè : *errantes non consentiunt.*

Ivonis Vita Oraculum & miraculum , Angelis erat familiaris , per hoc : sibi bonus , alijs (malis Angelis , qui summo bono summè Contrarij) malus ; hinc eidem *actio*



cum servis (æternæ penæ) *nulla*. Quippe Ipse Videns Occulta, quod injuria unius (à maligno illata) minæ multorum, & : *ammitti proprium tantum posse*; bene servavit, quod æternum recuperari nequit. Pro stipe Laborem, pro æterna stipe temporalem fideliter impendit operam; sciens quòd præmium esto: *nostrum sine facto nostro non transfertur*, nec adveniat Regnum tuum; Ingrediens Versus Ortum perennitatis, Ivo sui erat: bonus Dux bonus Comes, nam *plus continet minus*; bonus Sacerdos, bonus Christianus.

Ignè Velata Olim Majestas Altissimi apparuit, ubi: petendum multitudine, populus electus convenerat; ità Ivo stans ad Aram inter DEUM & homines: *Arbiter vir bonus*, ejus hostiam igneo solis circulo æterna majestas gratam indicavit; Ivonem Vidit Orbis, in Orbe DEUS, vidit & audivit sibi semper inculcantem: esto quod audis, si *fraudulentus reus ad Interesse tenetur*? quomodo servus nequam Capitale luet? Itaque Venerando Ordine Regalis sacerdotij expertus, nihil difficilius quàm bene Imperare sibi, quia *inperitia culpa annumeratur*, & : melius mori, quàm sibi vivere sentiens: vixit DEO, mortuus in Domino; & sic servus bonus: *Domini conditionem meliorem fecit*, multiplicando gloriam ejus, in quam è tempore manumissus evolavit libertate æternâ: Ivoni Viam Ordinavit Christus (qui via est) specie pauperis ab eo receptus; Ivo Victor Ova! virtus dum patitur vincit & in caelesti gloria *successor ejusdem juris cujus author*. Ivonis Vitam Ostendi simplicissimè, & qualis vita finis ita; cujus in æternitate tutum silentij præmium; hoc æternum:

Sy: *M. Antonij Floriani.*

L. 83. eod. ff.

Sy: *M. Aurelij Probi.*

L. 11. ff. eod.

Sy: *Marci Aurelij Carii*

L. 110. ff. eod.

Symb: *Carinij.*

L. 22. §. 1. ff. eod.

Sy: *Numeriani.*

L. 78. ff. eod:

Sy: *Diocletiani.*

L. 132. eod. ff.

Sy: *Maximiani.*

L. 133. eod. ff.

Constant: *Clorii.*

L. 143. eod. ff.

Sy: *Galerij*

Maximiani.

L. 22. ff. eod.

Marcij Aurelij.

L. 25. In princi:
ff. eod.

Sy: Maximini
Tata.

L. 53. eod. ff.

Sy: Maxentij.
L. 129. eod. ff.

Licinij licinia:

L. 116. eod. ff.

Constantini M.
L. 102. ff. eod.

Sy: Flavij Julij.
L. 23. circa me-
dium ff. eod.

Sym: Constanti
ni secundi,
L. 192. eod. ff.

Constantis.

L. 34. ff. eod.

Sy: Maxentij.

num: *valet quod initio* (beatæ mortis) *constitit*. Iam Venerandum Oraculum audiamus in parabolis: Christus Pelicanus; nam semen Ecclesiæ sanguis piorum, ecce pius pullus Ivo, cum syngrapha; *totum meum*; quotidie corpore & sanguine Christi pastus potusque. Ivo: Justus Ut Ornata palma: marcet sine adversario virtus, versus adversantes malorum spirituum, turbines (queis *se consulto dare donatio est*) Terennixa victoriam, carnis, mundi, peccati. Carnis: quia corporis flyx, sicut phryx plagis emendatur, ne fiat anima, corporis perversa servitus in interitum, quippe: *principale cum interit, interit & accessorium*. Ivo Victoriam Obtinuit mundi, & quia: Pestis Reipublicæ littera M. Mundus, Malum: Maximum. Inimicus Mundo, hunc nequam nequaquam defendit, sciens quod: *defensor rei* (Singulariter à DEO) *aliena non habeatur locuples*. Ivo Vicit Oditque peccatum, & hoc immedicabile vulnus ense recidendum, *denegare potuit, qui concedere potuit*.

Ivonem Vidimus Ornatam palmam, huic palmæ imponamus Mansuetissimam columbam: homo non homo iratus Potissimum Christianus; cujus ad hoc: *contra-ctus legem facit*, dimitte nobis sicut & nos dimittimus; hoc difficile, sed pulchrum: *difficilia quæ pulchra & quæ dividi nequeunt solida debentur*, timor & amor: timore DEI mala non perpetrare, amore DEI mala illata condonare. Ivo Verissima Omni mansuetudine decorata columba, inforaminibus petrae, contra infernalem accipitrem; cujus crescente superbiâ decrescit fortuna, nec infernalis nebulo, nec *nemo delictis suis fit ditior*. Ivo Verecundiâ Ornata columba; pudor juveni decus, seni dedecus.

Et cum Hereditas una, duobus in solidum dari nequeat; igitur in juventute pudore, in senectute candore, Decorus Ivo; sic fuit, sic mansit. Iam Variato Ordine videamus Gallinam, quæ tot sub Patrocinijs alis abscondit clamantis oppressi: celare dolorem difficile fuit Ivoni, & quia Justitiæ æquilibrium impletum habetur cum (injuria) impeditur, cujus interest; singulariter: cum pennis suis feriri grave sit, lædere non permisit, quos justitia protegere debuit; *Regula vitiataperdit officium*, non Perdidit Ivo, quia regula justa fuit, mansitque in Officio Procuratoris pauperum; Ivo Volens Officium gallinæ præstare, dixit: Scopus vitæ meæ Christus omnium tutelam exemplò Christi voluit, ut *tutela redeat eo, quod hereditas venit in regnum DEI*. Ivo Variegatò Ornatu gallina, albæ gallinæ filius, hinc Iurisperiti Vestram Omnium: Princeps, servator, Justus. Cujus Laudis vobis annua: *repetitio favorabilior, quam lucrum adventitium*. Ivo gallina, quam divina! cujus ira fervor: alienus ab ira alienus à justitia, sic Juris consulti, irascimini & nolite peccare, *culpâ (tunc solum) caretis, si scitis, quod prohibere nequitis*. In Vasto Orbis horto flos erat Ivo: Non quàm diu sed quàm bene floruerit? interest; nam bene agere personale beneficium quod cum persona perit, sed fructus manet æternus. Ivo Flos à Juventute Virtutum Odoribus, amabilis antiquo dierum; cum enim amicus veterrimus optimus, amicum quæsit patrem æternum. In Virtutum Odoribus, quia *Filius rem peculiarem possidere nequit*, solum quæsit, quæ Patris sunt: gloriam DEI. Ivo Variè Operationis flos, Pro bili sedanda; & siquidem:

L. 141. eod. ff.

Decentij.

L. 162. eod. ff.

Julij Apostare.

L. 1. ff. eod.

Sym. Joviani.

L. 73. in prin. ff. eod.

Valentiniani.

L. 41. §. 1. ff. eod.

Symb. Valentis.

L. 50. eod. ff.

Sy. Procopij.

L. 68. eod. ff.

Sy. Valentiani.

L. 93. ff. eod.

Sym. Theodosij
Magni.

L. 31. ff. eod.

Sym. Arcadij.

L. 31. ff. eod.

Symbo. Magni
Maximi.

L. 169. ff. eod.

Sym. Honorij.

L. 25. ff. eod.

Symb. Theodo-
sij secundi.

L. 167. eod. ff.

Sy. Valentini-
ani.

L. 54. eod. ff.

Flavij Valerij.

L. 77. ff. eod.

Symbol: Leonis
Primi.

L. 192. ff. eod.

Leonis Secundi.

L. 27. ff. eod.

eripere telum non dare irato decet, toties eripuit,
quoties placavit, toties placavit, quoties pacificam hosti-
am ad aram immolavit; fecit quantum possibile: *cum im-
possibile non cadat in pactum.* Flos Ivo, Iustus Vt Odorife-
rum Liliū germinabit; sic Ivo: germinavit in altum,
sed: summa cadunt subito, tamen bene, *factum pacto
non tollitur* solutæ mortis. Nunquam periculum sine
periculo; vincitur, & periculum mortis temporalis ob-
strictum est periculo mortis æternæ; Iustus Vero Obiens
in refrigerio erit, apud quem ultimo abitu: *parendi neces-
sitas caret culpa,* Malè partum malè disperit; Odorum
fragrantia, quam virtus peperit Ivo hi bene parta bene
manet; Nam ad rem Christiani *Cautio realis,* (boni operis)
personali potior. Ivo Virtutum Omnium speculum, omni-
bus omnia factus, nam: tempori parendum, Exemplum
sumpsit ab eo qui omnia bene fecit, & homo factus est, ut
homines lucri faceret. Ivo benefacis! qui *Iussu Iudicis
facit dolo caret;* Ivo speculum Imaginem Veri Originalis
gerens, gaudet: Omnia mea mecum porto. O! Be-
atum DEI Bajulum! ferre potest plus, quàm est: esto
transferre quis non possit plus quàm habet. Ivo Vultus Orna-
ti & Compositi speculum; procurator Pacis: cui Pax bel-
lo potior & *sitacita non semper nocent,* nec procuratum,
inter litigantes silentium nocebit, quia pariter Regis cle-
mentia virtus. Ivo Vir Optimus Regali sacerdotio de-
coratus dici poterat Clemens qui semper pro eo quod *benig-
nius est* stetit, pro pace Sancta inter DEUM & homines.
Ivo Vultus Optimus speculum, quod docuit: fide & difi-
de. Fide DEO & diffide Satanæ; *Bona fides bis idem non*

exigit.

exigit. Ivo semel pro semper confidit in DEUM; diffide
 Satanæ; malo nodo malus cunetis, quinequam *semel*
malus, semper malus, & cujus mellitum venenum blan-
 da Oratio, una innumera *fraus: tam consilio quam even-*
tu aestimatur. Ivo Virgineo Obtutu Speculum scivit:
 quod pudet hoc pigeat & etiam, *licita non semper bene-*
fa præsertim in virgineo oculo. Ivo nem Videamus O-
 culum, inspectorem Justitiæ punctualem, æquissimum,
 nec infra nec supra, quia etiam summum Jus summa
 injuria. Iste Vidit Oculus quo in passu: *reus favorabi-*
lior actore; Ivo Vere Oculus fursu liber, hæc: liber-
 tas res inæstimabilis cui etiam: *in dubio favetur.* Ivo
 Vigilans Oculus in pauperes cum stirps pauperum
 Thesaurus divitum & *liberalitatis reus ad possibile teneat-*
tur. Ivo oculus, Inimicis Vindictam Ominans, ful-
 men & fulgur gerens: quod timidum idem crudele
 erat Satanæ, quem *provocans sine dolo moram non fecit;* feri-
 endo! sternendo; Ivo Virgineus Oculus quam: fortu-
 nam citius reperiās quā retineas ideo ē scrinio Evan-
 gelici consilij non præcepti est, *cū evincendum à nobis in*
bonis non sit, quæ libera sunt; Ideo Virginei Oculi à DEO
 Victoria, quam *alienare qui potest consentire potest,* In-
 sania læta voluptas, elige ti liber es, quod melius est, ta-
 men, nolisve, velisve: *disjuncti vorum alterutrum factum*
sufficit. Ivo Virgineus Oculus semper in licitis, quia:
 mali principij malus exitus, semper respexit finem, &
 cum: *factum cuique suum non ad versario noceat,* pepigit
 sedus cum oculis suis: parendum necessitati non curi-
 ositati;

Sym: Zeno Isau-
 rici.

Cap. 8. de R. I.
 in 6.

Sym: Anastasij.

L. 79. ff. de R. I.

Sym: Justinij.

L. 144. ff. eod.

Sym: Justiniani

L. 125. ff. eod.

Sym: Justinij.

L. 20. ff. eod.

Sym: Tiberij

Constantij.

L. 28. ff. eod.

Sym: Mauritiij.

L. 93. ff. eod.

Sym: Phoca.

L. 190. ff. eod.

Sym: Hermclij.

L. 165. ff. eod.

Symbo: Heracly

Constantini.

L. 110. §. 3. ff. eod.

Sy: Hermcleona.

L. 115. ff. eod.

Sym: Constantis



L. 195. ff. eod.

ositati; singulariter sentiens: oculos esse scopulos in quibus expressa nocent, non expressa non nocent: A. A.

Constantini 4.

Istud Venerandum Oraculum vidistis, & audistis, sufficiat probæ Centuriâ absque una, in qua modo est æternitas, & vivit in sæculum sæculi. In humanis: Quod citò fit cito perit; sed Istius Venerandi Oraculi, semper honos, decus æternum, Laudesque manebunt.

Symbol. Iustitiani 2.

Symbol. Leonis 11.

Symb. Tiberij 2.

Sym. Philippici Anastasij.

Symbol. Theodosij 3.

Symb. Leonis 3.

Sym. Constantini 5.

Sy. Leonis 4.


Sym. Constantini 6.

Sy. Caroli Magni.

Sy. Ludovici 1.

Sym. Lotharij.

Dixi de Ivone Fors: multis nimium nemini satis; & si nihil pulchri saltem; pulchra concordia cordis & oris. Nimium boni cui nihil mali obvenit, nihil mali vereor, quia: Iusti Viri Oratorem egi, nec affecto Favonium vanæ Laudis: quia fortuna cito repetit quod dedit, & si non das accipit ultro; nihil peto; Ivo Vir Omni Laude dignus sufficit; dabit aliquis aculeum: patientia remedium malorum. Modicam patientiam, ut pro Coronide auscultem, quid mihi, meique paribus infusurret, Istud Venerandum Oraculum, quod oculi inimici pessimi, inimici domestici affectus hos domare me docet Ivo; Quid sine anima Corpus? Corpus juris, Ivo anima, tu me animâ! quo fortuna si non uteris? O! me fortunatum, qui Ivonem reperim Ducem, & Advocatum. Mulieri imperare res desperata, Domine si sic se res habet præstat non nubere; hoc affirmat Ivo. Bene exsurgat caro! Satanas! Mundus! Christus regnat, Vincit Triumphat! Omnium rerum vicissitudo hinc intempore consulendum æternitati, me exemplò suò docet Ivo; in tempore dulcia non peto: ubi meli ibi fel. Hoc Ivone Magistro habeo,



habeo, modo: par sit fortuna labori in æterna requie.
Quid ampliùs mihi Istud Venerandum Oraculum inge-
rit? injustitia Justitiam parit, mala mater bonam fi-
liam! docuit Ivo odisse Matrem, diligere Filiam, Miles
legendus singulariter thogatâ legum militiâ, in qua ars
artium legisse plurima, scire multa, tamen non dicere,
nisi pauca & apta, quia os garrulum intricat omnia,
Proh! facilis descensus Averni! hunc declinare docuit
me doct̃or Ivo, & ad strenuam salutis operam opus esse:
multorum manus paucorum consilia selecta. Fortu-
na dum blanditur fallit, istud vidit contemptor fortu-
næ Ivo, mihi sat monstrans fortunæ perpetuæ binum pe-
dem: declinare à malo & facere bonum, ut piger ad
pænas ad præmia (æterna) velox tendam, aut mors
aut vita decora, hinc: Pacem cum hominibus cum
vitijs bellum suo Exemplo docet Ivo, ad quod geren-
dum unita virtus valet & ne quid nimis virtutis Tyro
insolescas, pio Doct̃oris Exemplo: Omnium mores
tuos imprimis observa. Tacita Ivonis Vox Oratori
ampliùs peroret: qui litem aufert execrationem in-
benedictionem mutat, quàm multas benedictiones
dedisti Benedicte sacerdos Ivo! Ecce: multi multa sci-
unt, se autem nemo: hinc lites internæ; scio Deo:
fides semel data servanda est integra. Te Ivo suppli-
co mearum litium Patronum & animæ fidei Commissari-
um; mortem optare malum timere pejus non timeo,
quia unum Advocatum habemus, & alterum Procurato-
rem,

Sy: Ludov. 2.

Sym. Caroli 2.

Sy. Ludovici 3.

Sy. Caroli 3.

Sy. Arnolphi.

Sy. Ludovici 4.

Sy. Conradi 1.

Sy. Henerici.

Sy. Ottonis 2.

Sy. Ottonis 3.

Sy. Ottonis 4.

Sy. Henerici 2.

Sy. Conradi 2.

Sy. Henerici 3.

Sy. Henerici 4.

Sy. Rudolphi.

Sy. Henerici 5.

Sy. Lotharij 2.

Sy. Conradij 3.

*Sym. Friderici
Barbareffe.*

Sy. Henrici 6.

Sy. Philippi.

Sy. Ottonis 5.

rem, Christum & Ivonem, qui pro me Justum Judicem, interpellent, Domine: Audi alteram partem non Justitiam, sed misericordiam; Pauca cum alijs multa tecum hoc pariter faciendo me docuit Ivo, hinc aliorum obices: qui nescit dissimulare, nescit imperare sibi, minus alijs; & qui nescit tacere nescit loqui; unde Præcipiti lingvâ: Satis recurere quàm malè curre, Præcipue ubi: Anser strepit inter olores.

Sy. Friderici 2.

Sy. Conradi 4.

Sy. Alphonsi.

Non Arbitror ad oraculum meum Zoilum venisse qui rigidissimam omnium verborum censuram minetur, minarum strepitus asinorum crepitus in Vestra benevolentia Confido Viri sapientes: nam sapientis est, cum optimè possit nolle nocere. Ivo stetit pro lege & Grege, ego imbecillis Orator steti hodie pro Ivone, si in verbo cecidi? Vestra benignitas lapsum eriger, vestra gratia erectum conservabit: Melius est bene Imperare quàm Imperium ampliare. Ecce Lapis Angularis Augustissimæ Domûs Austriacæ, cujus Imperium fortunet, augeat, conservet Divina Clementia: Ego de Imperio nihil, nisi imperabo mihi silentium; Ite Veneratione Omni dignissimi Auditores; Eat Pauper Aristoteles (sed præstat vir sinè pecunia quam pecunia sinè Viro) & discat ab Ivone investigare: quod optimum, idem jucundissimum. Summum Bonum, primum, movens, Ens Entium.


*Sym. Rudolphi
Elaspurgici.*

Sy. Adolphi.

Sy. Alberti 1.

Eat dives Galenus, & Problematis locò solvat: Calix vitæ Calix mortis, hoc solvit Ivo, per hoc: qui amat animam suam perdet eam.

Sy. Henrici 7.



Sequatur noster Augustissimus Justinianus, esto quidem discipulus non super Magistrum, tamen ab Ivone audiat: sola bona quæ honesta, honestè vivere neminem Lædere, Jus suum cuique tribuere; hoc docuit Justinianus, fecit Ivo.

Sy. Ludovici 5.

Pergat Eximius Theologus, & experto credat Ivoni: morte beatâ nihil Beatius; in hac DEUS unus & trinus cum tota Aquinatis summa reperitur.

Sy. Friderici 3.

Pergat Mundi cliens, & Apostolico Ivone, cujus vitam insani æstimabant In saniam, discat: optimum alienâ insaniâ frui; Morosophi Moriones pessimi; sed optimi: qui stulti propter Christum.

Sy. Wenceslai.

Pergant cum solatio miseri; miseria digna misericordiâ, nec miseros se reputent, quia: sic cedunt muneribus; sat divites si bonum Amicum habent: Amicus optima vitæ possessio, Amicus & Patronus erit Ivo. Alias: rerum irrecuperabilium felix oblivio, Perge Fortunate in Fortunæ Lusu Exemplo Ivonæo: tenemur & respice finem; finem ultimum, ubi illud Plus ultra æternæ Felicitatis; hoc: accidit in puncto quod non speratur in anno in puncto Beatæ mortis.

Sy. Rupperti.

Sy. Sigmundi.

Sy. Alberti 2.

Sy. Friderici 4.

Sy. Maximilian 4.

Symb. Caroli 5.

Sy. Ferdinandi.

Pergite tandem omnes in Omnibus: Dominus providebit, Ivone Patrocinate: Omnia ex DEI voluntate, vobis in bonum Sanctissimè ordinabuntur.


Sy. Maximilian 2.

Sy. Rudolphi 2.

Pergite & Exemplo Ivonis discite, pie vivere, provide vincere: Victoria quamvis magna nihil valet nisi sit provida.

Sy. Mathie.

Pergite Ivo Viam Ostendit: Pergite, Ivonæi Pedisequi,



*Sym. Ferdinan-
di 2.*

*Sy. Ferdinan: 3.
Augustissimi
Leopoldi.
Augu: Josephi.*

sequi, & ejus vestigijs viatores scandite ad æternam coro-
nam, quæ non dabitur nisi: legitimè Certantibus;
scandite, dico, nec timete post Ivonem attractas Scalas!
scandite binò pede, ternò gradu: Pietate & Justitia;
Consillò & Industriâ Tandem Timore & Amore,

D E I.

Me

Imbecillem Vocavi Oratorem,
Fateor;

Igitur Vestris Opinionibus
Ultrò satisfaciet:

Istud Venerandum Oraculum,
Quod defectus supplebit meos;
Ite, Valetè Omnes
Dixi.

5162

FINIS.